

Aduertencias para

Domini. 1569. Fratri Ioanni de Aguilera
Procuratori Romano. Per quod concessit q̄
ministri Prouinciales possint committere vi-
ris Religiosis & doctis, ac iuxta Concilij Tri-
dentini decretum approbatis, auctoritate dis-
pensandi, cū viris, seu mulieribus incestuo-
sis, qui carnaliter peccauerunt, cum consan-
guineis alterius coniugis intra quartum gra-
dum: ad hoc quod possint petere debitum,
& hoc in foro conscientie tantum. Habetur
autheticum in Archivo Sancti Augustini de
Mexico, & etiam in conuentu Sancti Fran-
cisci. ¶ Circa quod illud obseruandum est
[ex quo multi forsan scrupuli rescindetur]
nempe, q̄ hodie si coniux rem habeat cum
consanguinea, vel consanguineo alterius cō-
iugis, vltra primum & secundum gradum,
puta in tertio, vel quarto, sicut in vltiori,
non erit dispensatio vlla necessaria ad exi-
gendum debitum à proprio cōiuge, cuius cō-
sanguineam, vel consanguineum, post suum
Matrimonium consummatum, vel ratum tan-
tum, carnaliter cognouerit: nam cum impe-
dimentum ex illicita copula contractū in ter-
tio, vel quarto gradu, ad matrimonia contra-
henda, iam sit sublatum à Sacro Concilio Tri-
den